

# SCRIPTURE SACRA

## CURSUS COMPLETUS.

BS 548

M5

V.5

EX COMMENTARIIS OMNIBUS PERECTISSIMIS MIGUEL HARMS, ET A MAGNO

PARTE EPISCOPALIUM NIGRUM THEOLOGORUM

EDITIONE CATHOLICA

UNIVERSITATIS AD HOC INTEGRAGATORUM, DESIGNATAE

UNDIC COLENTES

Primitus cunctisque scriptis hebreoletis

ad hebreos tertius duocentosae quoque utriusque

TRANSLATI AERO SIMIL ET RUDIT

ET. P. M.

EDITION NOVISSIMA.

## TONUS QUINTUS

Ex Dictionario Etymologicio

IN EGYPTI ET IN EXODIUS COMMENTARIO — VITAE DISSESTITUTIONES

SERIES DE LIBROS  
LIBRERIA FEDERICI

PYRHUS

AD EDITIONEM

ET AL. SCIENTIAE

ET PROGESSUS

## MONITUM.

Varios inter scriptores qui librorum sacrorum explanationi vitam impenderunt, nullus profecto nomen magis majorique apud Catholicos omnes consensu celebratum, quam nonen Cornelii à Lapide; nullius operaties tam brevi tempore typis illustrata. Neque minus constat hujuscem commentatorum principis perfectissimum opus esse commentatoria in Pentateuchum. Nihil igitur magis rationi consentaneum esse poterat, quam ut lucubrationem de Scripturā seriem eo auspicio ordiremur; libertique animo doctrorum vivorum consilis accedimus, studientiam Cornelius à Lapide subiecserunt loco Bonfreri, quem de Pentateuco impressum iri mutaveramus. Cum autem ex numerosis que circumferuntur Cornelii editionibus, nulla foret quae mendis gravibus turpissimum non faderetur, itaque in compluribus locis auctoris sensus nequaquam erui posset, diversa contulimus exemplaria, ut suus textu nitor restitueretur. Principio nobis fuit adjumento editio Antwerpiana anni 1714, exteris emendationibus multisque aucta appendicibus, que ipsi intertexte commentatoris legentur.

Vixit, quantumvis eminent Cornelius à Lapide, cum quidam, labentibus annis, facem novam obscurioribus veteris Instrumenti locis præterierint, in eis potissimum que circa philologiam versantur, non abs re erit unum è recentioribus indicare qui decursu etiam ad inventa breviter manifestet. Quapropter Cornelii commentatoris præmittemus compendiosam introductionem in Pentateuchum, auctore Joanne Iahn, cuius, benevolè lector, opes philologicas jam tibi prelibasse datum est (1). Haud equidem nos fugit quid hic objici queat, nec Iahn sano affirmus utpote cui plenissime in omnibus sit fidendum. Sed ex hoc ipso scriptoris charactere non nihil ostendit impressionarum emergere nobis visum est, quod minime, si ratioinacioni plus æquo indulget, è contrario Cornelius, dum sensum mysticum studiis sectatur, sanioris critics regulas identidem negat, Ceterum Iahn ipse rationalistas non uno loco facessit tantu[m] verborum asperitate, ut inde pateat quām pure esset intentionis.

Quod si cui fastidium moveat quād questiones supra non semel ventilatae ita retractetur, meminerit in Scripturā duo summoperē religiosum causam pertingere, nempe librum sacram, ac imprimit Pentateuchi, cui ceteri omnes subjiciuntur, authentiam divinitatemque, et correlationem utrisque Testamenti. Posterior hoc punctum fūs exegimus in secundā Introductionis parte; priori multa passim tribuenda duximus, quotiescunque dedit occasio quadam producendi qua vel nullatenus, vel non pari soliditate ac luculentia exposita sint.

Nunc superest ut lectorem moneamus numeros capitum versuumque in opere de quo agitur, sicut et in aliis Iahn operibus, allegatos, non ad Latinam Vulgatam Bibliorum versionem, sed ad textus originales spectare, quod imprimit de libro psalmorum observandum erit, in quo numeri Bibliorum hebraicorum à psalmo 10 usque ad 114, et rursus à psalmo 116 usque ad 147 unice prout numeros Latina Vulgate versionis.

Quod attinet ad scientias naturales propriæ dictas, videlicet geologiam, zoologiam, etc., que novis quotidiis ditescent augmentis, ac de quibus Cornelius à Lapide, Calmetus, Iahnque ipse sepè obsolet forent, vide tertiam Introductionis partem, t. 5, ubi, cum chronologia, dissertationibus specialibus tractatur. Ille forma nobis potior visa est, quam si singule singulis, ut primo erat propositum, salebris animadversiones affigentur. Cum enim varia evolvantur ac stabilire systemata necesse sit, nota aut essent frequenter, siue impedita difficultate generalis rerum exposito, aut longè extra congruos limites excurrent, siue veras constituent dissertationes inopportuniis dispositas. Quod utrumque pariter vitandum.

(1) Vide Introductionis nostræ partem tertiam, t. 2 et 3.

## IN PENTATEUCHUM (1)

### Introductio.

§ 1. *Argumentum Pentateuchi.* — In Pentateuchō narrantur quæ a Deo, inde à creatione hominis usque ad obitum Mosis, ad condendam, firmandam, conservandam et promovendam religionem et religiosam morum probitatem, disposita sunt. Longè maxima pars versatur in his, quæ Deus per Mosen constituit. Quinque nunc quidem numerantur libri, sed tres propriæ

sunt partes argumenti, quarum I. *Genesis*, complectitur divinas dispositiones in subsidium religionis et probitatis ante legislationem Mosiacam, à creatione hominis usque ad obitum Josephi, anno mundi 2518. In his due rursus distinguuntur possunt partes; prima Gen. 1, 1, 11, 26, paucis documentis sistit principia à creatione hominis usque ad nativitatem Abrahā anno 1948, et refert hujus Patriarchæ majores, qui religionem et studium probitatis coluerunt et custo-

(1) Iahn, in libros veter. Foderis.

dierunt; altera exhibet Gen. 11, 27, 50, 26, pleniorum historiam Abramam, Isaaci et Jacobi usque ad obitum Josephi, per annos 295, ubi promissiones, his Patriarchis datae, utramque faciunt paginam. — II. *Ezodus*, *Lenticus* et *liber Numerorum* refert historiam Mosis et legislationem Mosae, et docet, quā ratione illis promissis, que Patriarchis facta fuerant, eventus responderit, scilicet multiplicationem posteriorum, liberationem ex *Ägypto*, ac constitutum per Mosem theocratica ordinem et adparatum, quo religio et religiosa morum probitas conservanda esset usque ad hanc itatem, quā, ut Patriarchis promissum fuit, per posteros eorum ad alias gentes propagari posset, seu, ut exprimitur, omnes gentes benedicenda seu beatae essent. Pleraque ex duabus primis annis, longē pauciora autem et precipua duxat ex sequentibus 57 annis Num. c. 15, 19, et ex anno quadragesimo Num. c. 20, 56, narrantur. — III. In Deuteronomio monentur Hebrei, ut legem custodiant: quæpiam leges, accuratis definite, repetuntur, quæpiam mutantur, quæpiam etiam addantur, et bona, que Hebreos legem custodiientes manent, ac mala, que eam negligentibus imminent, exponuntur. Narratur demum restauratio foederis cum Deo rege, et adjicetur propheticum de futura gentis sorte carmen, ab Hebreos memorie mandandum. Hec omnia concernunt habitacionem in Chanaan, que jamjam occupanda erat. Moses denique librum publicè tradidit sacerdotibus et proceribus populi, ut in adyto sacri tabernaculi penè arcam foederis custodiatur, et omni septenno, festo tabernaculorum, populo prelegatur. Benedictio tribuum, et obitus Mosis, Deut. 33, 34, ab aliena manu adjectus est, prout diversitas lingue et stili comprobatur.

§ 2. *Argumenta interna pro auctore Mose.* — Ingenium et indoles, seu character scriptorius, argumentum librorum, seu quæ referuntur attinguntur historica, politica et geographica, proprietas lingue et stili, et dispositio à forma horum librorum, omnia clamat auctorem esse Mosen. Nam I. in Deuteronomio loquitur vir se-  
nix, idèque verbosior, difficilis, querulus, censor castigator minorum, qui populum, intercedentibus multis et magnis miraculis, ex *Ägypto* edidit ad radicem montis Sinaï, in theocratiam consociavit, legibus instruxit, in itinere per Arabiam usque ad Jordannem (40 annos) gubernavit, multis extra ordinem beneficis affect, et quando necessarium erat, singularris quoque supplicis coercuit: loquitur populo, qui haec omnia vidit et expertus est, ad quod etiam sepè provocat, dicens: *Vos vidistis, audiistis, experti estis;* loquitur cum affectu et sollicitudine sensu paulò post mortuiri, et eā cum libertate, fortitudine et rebemen-  
tiā loquitur, quā uti non potuit, nisi qui tot et tanta pro populo gessit, et de futura ejus sorte sollicitus erat; paucis, qui in Deuteronomio loquitur, totus versatur in singularibus adjunctis Mosis, et que ab eo dicuntur, respondunt singularibus adjunctis populi, ut nullus aliud se totum in omnia hac tam singularia adjuncta ita transferre potuerit, quin ullibi impinge-

ret. Qui id impingant, aut levis momenti esse opinantur, producunt aliquod simile scriptum antiquum, quod totum spiret ingenium, indolem, actatem et singularia adjuncta auctorū alieni et primorum ejus a vii lectorum. — Deuteronomium autem non solùm argumentum precedentium librorum, sed etiam scriptos ponit libros Numerorum, Leviticū et Exodi; nam qui in Deuteronomio loquitur et scribit, profecto negligere non potuit scribere hos tres libros, ad quorum argumentum persepsè provocat, custodian legum, que in ipsis leguntur, urget, et à gestis quæ in eis narrantur, rationes obediendi legibus, depromit, atque sine quibus lectores, Deuteronomium nequidem intelligere possint. — III. autem quatuor libri ex iisdem rationibus rursus scriptam ponunt Genesim. — II. In Pentatecho permulta referuntur, aut etiam leviter duxat attinguntur historica, religiosa, politica et geographica remotissima antiquitatis et diversarum regionum et gentium, imprimita ægyptiaca et arabica, quæ omnia, quædā in tantâ penuria scriptorum antiquorum examinari possunt, illis temporibus, regionibus et gentibus apprime convenient. His accedunt plura ex historiā naturali, de morib, de artibus, de re militari, etc. Auctor itaque erat vir, à juventute solerter institutus, bene excutus, plurimorum rerum genarū, et felici ingenio preditus, qui antiquis temporibus vixit, qualis erat Moses, in regia aula Ægypti educatus, dum numerosi et inflexibili populi per invia Arabie quadrangula annos. Recentior quis-  
cumque non omnia hæc diversissima ita tenere potuit, ut nullo errore so proderet, et nunquam aliena, ab illis regionibus, gentibus et temporibus abhorrentia, aut recentiora, vel externa hæc non pertinetur intermisceret. — III. Lingua Pentateuchi est Hebraica antiquior, que à lingua Psalmorum et aliorum rectorum librorum non parvum distat; nam in Pentatecho non leguntur verba exoticæ, nisi antiquæ ægyptiaca; occurunt archaismi: verba ult. *Aleph* et *He* sepè permutata, perfrequt *He* locale, frequentes flexiones verborum ult. *Aleph* accrescente in fine litera sine *Aleph*, flexiones verborum aoristi secundi in personis femininis pluralibus sine *He* in fine, et alia similia, que in recentioribus libris sunt multo rariora; alii archaismi grammaticales procul dubio recentiori ac correcte fuerunt. Occurrunt permulta voces et phrases Pentatecho peculiares, et multæ libris recentioribus peculiares in Pentatecho nequaquam olim sunt; atque etiam in Pentatecho rare, in libris autem recentioribus, frequentes, et vicissim. Cujuslibet generis harum vocum et phrasum collegi ultra centum, omissis plurisque *אֶתְבָּזֵז* et illis, de quarum objectis non erat in aliis libris occasio loquendi. — IV. Stylus in carminibus concuptus et sublimis, in prosa planus et melior quam in illo alio libro hebreico, qualis nimis ab alumno regio et ingenio culto exceptandus est; nequaquam tamen ubique aequalis: in Deuteronomio multi verbosior, et in adhortationibus ferè oratorius et rebemensior; iudicium operose et de posteriorum sorte solli-

cite senectutis. Ordo orationis non ubique commodus, sed non rarè preposterus; oratio progrediens sepè per disrupta sine linea fragmenta, frequenter singulari clausulæ terminata. Hæc omnia argunt auctorem multis aliis negotiis distentum, non continentem scriptum, sed sepè interruptum et interruptions prævidentes, et hinc partes clausulæ terminantem; argunt scriptorem, qui hoc labore multis annis occupatus fuit, quibus labentibus, lingua et stylus, ut fieri solet, aliquas vires studines subiit; scriptorem, qui fortasse etiam quæpiam, pro more olim consueto, notario dictavit, quo stylus quoque nonnulli variatur; qui quæpiam acta publica, à notariis scripta, suis interseruit. Tali et non alio stylo scripta à Mose expediti possunt, qui tot negotiis obrutus, sepè interruptus, frequentibus itineribus et migrationibus de loco in locum distractis, per quadrangula ferè annos hos libros exaravit, et Deuteronomium demum sex et morti proximus scripsit. — V. Selectus et dispositio materie prodit legislatore, qui historiam sua legislationis in commentariis rediget. In exordio seu introductione, quam ab historiā antiquissimā repeatit, præceteris narrat et diligenter commendat illa quæ ad legislationem et theocratiā, et ad omnem illum apparatus, deinde introductum præparant, nempe religionem unius Dei creatoris et gubernatoris omnium, inde à primo nomine derivatam, Patriarchis demum divinis promissionibus confirmatam, sacrificia Patriarcharum, et divinam ex *Ägypto* liberationem et initium complementi illarum promissionum, etc.; historiæ legislationis interseruit ferè sola illa gesta, que legibus occasione preberunt, vel ad urgendam legum observationem, atque ad oblationem populi spectant; in progressu tamen sepè retinet actiones et questiones propositas, que ad leges ferendas morverunt, quasi temporis angustiæ pressus, aut scriptio etiam defatigatis, unde plurim disrupta exsurgunt fragmenta. Leges exhibet ferè omnes ex ordine, quo late fuerunt, insertis passim non solùm historiis corum quæ contingebant, sed etiam adhortationibus, promissionibus et comminationibus; aliquas leges, que latente tempore negligebantur, aut sinistrâ interpretatione pervertebantur, aut dubia movebant, reperit et explicat; alias, que mutatis temporis progressu adjunctis minus respondebant, aut abusivis occasione praebabant, mutat. — Nullus nisi legislator naturam et ordinem legislationis ita penetrabat, ut non interponeret alia ad rem non pertinentia vel etiam receperit; ut hunc, et non alium, commodiorem legum ordinem, affinitati objectorum et actionum congruentem preferret, aut saltem illas legum earumdem repetitiones, et imprimitis leges, progressus temporis mutatas, omittat.

§ 5. *Auctor Pentateuchi se dicit Mosen.* — Ex his, que hucusque observavimus, prono fuit alveo, auctorem Pentateuchi non solùm esse posse, sed etiam, saltem verisimilis, reapse esse Mosen, atque hoc ipsum disertis verbis et iteratis vicibus dicit auctor in ipsa orationis serie et eodem prorsus stylī et lin-

gue charactere, eodem quoque affectu et sollicitidine, Deut. 31, 9, 13, 22, 24, 26, ubi ait, hunc integrum librum à principio usque ad finem à se esse conscriptum, proceribus populi et sacerdotibus traditum, ut in adyto sacri tabernaculi penè arcam fœderis custodiatur, et omni septenno, diebus festi tabernaculorum, universo populo prælegatur. Qui dicunt id ad solum Deuteronomium spectare, meminerint, quod suprà ostendimus, hunc librum scriptos ponere libros Numeri, Leviticū, Exodi et Genesios. — Hæc itaque omnia scripta Moses non solum Deut. 31, 9, 13, 22, 24, 26, sed etiam Deut. 1, 5; 4, 44, 45; 17, 48; 28, 58; 61; 29, 19, 20; 26, 30, 10, ubi simul de precedentibus scriptis loquitur, nuncupat legem תַּנִּתְנִית, et hanc legem, תַּנִּתְנִית, scilicet, contentum pro continent, uti explicat; cum hæc nomina permuat cura תַּנִּתְנִית, seu *libro legis*, id est, religiosum; nam תַּנִּתְנִית propriè doctrinam et imprimit doctrinam religionis significat, ac quam non solùm leges, sed etiam doctrina de vero Deo, et universa illa historia promissionum, communionum, beneficiorum et castigationum ac reliquorum factorum divinorum pertinet, per quæ religio condita, conservata, demum à superstitione ægyptiacis purgata et per theocratiā civilē suffisa fuit. Cum hæc opera divina non solùm in Deuteronomio, in quo paucis duxat recapitulatur et alii scripta ponuntur, sed etiam et quidem imprimit et fusi in Genes, Exodi, Leviticū et libro Numerorum narrantur; nonnulla illa, *lex*, *lex hæc*, *liber legis*, hos omnes libros, tanquam unum, nondum in quibus libros dispergit opus designat. Illi horum nominum complexus confirmatur 1° Exod. 17, 14, ubi Deus iubet Moses, insidias quas Amalecite Hebreis itinere defatigatis et debilibus struxerant, bellum quod consequuntur est, et decretum illis futuro aevō excludit, scribere in certum librum; vel si malis legere in quæpiam librum, manifestum nihilominus est, Moses jam tum scriptisse vel incepisse scribère librum historicum. — 2° Exod. 24, 4, 7; 34, 27, annotatur Moses non solùm leges, sed etiam apparitiones Dei, addeoque facta historica litteris consignasse. 3° Num. 55, 1, 2, Moses scriptissime referit statua Hebraeorum in Arabia, que profecto sunt historica. — Si igitur Moses, inde ab egressu ex *Ägypto*, leges et gesta in librum conscripsit, hic profecto non est aliud, quā illæ, quem Deut. 1, 5; 4, 44, 45; 17, 18; 18, 59, 61; 20, 19, 20, 26; 50, 10; 51, 9, 45, 22, 24, 26, compellat legem, legem hanc, et liber legis, seu religionis, atque publicè sacerdotibus et proceribus populi tradidit in adyto tabernaculi custodiendum. Hæc pro auctore Mose sunt multò graviora testimonia, quām pro ullo antiquo scriptore proferuntur; nam nullus libri antiqui editio fuit adeò sollemnis, publica et omnibus coevis notissima; nullus libri auctori tantâ certitudine constabat, et in illa librorum paucitate potuit tantâ facilitate ad posteros propagari; nullus alius liber in loco publico et sanctissimo asservabatur, et per publicam observationem legum, que nunquam omnes et penitus negligebantur, publicum

et per omnes states constans recepit testimonium; nam leges observabantur propterea quia in libro Mosis scripte, et auctoritate illius Dei late erant, qui uniuersa creavit, diluvium immisit, patriarchis amplas promissiones fecit, et partim etiam jam opere complevit, atque in Aegypto et Arabia grandia illa miracula patravit. Hoe perpetuum de Mose, auctore Pentateuchi, testimonium pluribus confirmare non abs re erit, quod gradatim prestabatur.

(Qui monent, ex his non esse concludendum, non solum leges, sed etiam reliqua omnia à Mose descendere, videant quid velint: anno omnibus segmentis adjunctione postulant notam, a Mose scripta esse? an unquam de illo alio libro antiquo, et si per fragmenta scripti, uti de historiā Herodoti, Diodori Siculi, Abudefodi, Makrizi, etc., aliquid simile postulatum fuit? In Pentateuchi, etiā per fragmenta exarato, omnia tamen coherent in fine, ad quem tendunt, ut doctrinis, legibus, historiis, promissionibus et commandationibus ducant ad religionem et religiosam moralē probitatem. Antiquorum imò et multò etiam recentiorum Orientalium non fuit eis ar scribendi, que omnia disparata aptè necesse novit. Denique Moses, tot aliis negotiis ecclesiasticis, civilius et jurisdictionibus ope rancis, et frequentibus itineribus distractus, non habuit illud otium, quo scriptores recentiores ad connectenda et expolianda sua scripta abundant, in quibus nihilominus non pauci hiatus observantur, quin idēo partes illis abjudicentur, ut Moses immode ratū criticis respondere possit: *O duxi peregrinos tuos nebras, et ab iudeis te exihi poscebas.*

**§ 4. Argumentum Pentateuchi omni state publicè notum.** — Argumentum Pentateuchi inde à Josuā per omnes states notum fuisse, liquet ex formâ reipublicanâ et ecclesiâ, atque ex legibus politicis et religiosis, que historie et auctoritati miraculorum Mosis etiam innotescunt, et nullo non tempore vigeant; quid si quaequam nonnunquam aliquo temporis spatio neglectae erant, paulò post rursus omnia ad tenorem horum librorum restituenterant. In libris sequentibus per omnia secula respiciunt ad historiam non minus quam ad leges Pentateuchi; in libris historicis perlungant laudantur quae libris Mosis consentanea, et argumenta quae eidem contraria sunt; Psalmi et Proverbia spirant indolem Pentateuchi, prophete perpetuò urgent obediendam huic libro prestantam, plures quoque referunt historie partes, quas ex eo de promiserunt, atque promittunt et minantur, quae Pentateuchus promittit et minatur, ut diei possit omnes libri recentiores esse commentarios Pentateuchi.

**§ 5. Argumentum Pentateuchi omni state nomine Legis JEHOVE notum.** — Argumentum Pentateuchi per omnes sequentes states nomine *Legis*, tanquam proprio libri nomine, et etiam plenissimum nomine *Legis JEHOVE*, commemoratur, et sicut Hebraicis mox in Deuteronomio non modo leges, sed etiam eventus historici, et beneficia divina, in his libris exposita, inculcantur, ut hanc omniā memoriam retinante, sapienter, et posteris custodienda committant; ita eadem mox Ios. 1, 7, 8, leguntur, et in omnibus reliquis libris perpetuò repetuntur, Ps. 1, 1, 6; 8, 7, 9; 12, 6, 7; 10, 1, 12; 33, 5, 9; 66, 5, 6; 77, 15, 21; 99, 7, 8; 104, 3; etate Davidis, Ps. 119, 1, 5, 6; 68, 2, 13, 81, 3; etate Salomonis, Ps. 105, 1, 45; etate Reha-

beam vel Abiae, Ps. 78, 1, 55; in exilio, Ps. 106, 4, 48, Conf. 4 Paral. 16, 8, 25, et 22, 11, 15; 2 Reg. 17, 15, 19. Prov. 6, 25, 28, 4, 7, 9. In prophetis locis hujus generis sunt infinita. Qui argutantur, non ipsa Pentateuchi verba afferti, meminerint, non fuisse morem antiquorum loca aliorum librorum verbo tenus adducere. Conf. Num. 10, 38, cum Ps. 68, 2; Exod. 54, 6, et Num. 14, 18, cum Ps. 86, 15; 105, 8; 48, 8. Joel 2, 15. Jon. 4, 2; Num. 25, 19, cum 1 Sam. 15, 19; Num. 14, 22, 25, cum Ps. 95, 7; Lev. 26, 5, cum Amos 9, 45.

**§ 6. Pentateuchs ut LEX MOSIS notus.** — Quemadmodum Pentateuchs per omnes libros nomine *Legis*, et *Legis JEHOVE*, memoratur; ita quoque frequens est ejus mentio nomine *Legis Mosis*, aut *Legis, quam Deus per Mosen tulit*, atque utrumque hoc nomen sepius ita concurrevit, ut manifeste liquet, *Legem, Legem Dei, Legem Mosis, et Legem quam Deus per Mosen tulit*, esse unum eundemque Pentateuchum, quem jam Moses, prout § 5 vidimus, nomine *Legis insignivit*. Frequissima est Pentateuchi nomine *Legis Mosis* mentio in libro Josue, qui, etiā estate Josue multò recentior est, ex commentariis tamē coevis, ut porrō videbimus, ferè ad verbum excerptus fuit (1). Eadem mentio passim occurrit in libris Iudicium, Regum, Paralipomenon et prophetis. Jud. 5, 4, 5; 2 Reg. 18, 12, 21, 7, 8; 1 Paral. 15, 15; 2 Paral. 8, 45; 50, 16; 55, 8. Isa. 65, 11, 14; Jer. 15, 1, etc.

**§ 7. Pentateuchs ut liber Mosis omni state notus.** — Hanc *Legem, Legem JEHOVE, Legem Mosis, Legem quam JEHOVE per Mosen tulit*, fuisse non ostendens traditam, sed librum hoc nomine insignitum, permulta loca testantur. Ita mos post obitum Mosis monetur Josua, c. 1, 7, 8, ut librum *legis Mosis* perpetuò legit; et Josua, c. 25, 3, 16, monit primores Israelitarum, ut facint omnia, que in libro *legis Mosis* scripta sunt, pluresque non modò leges, sed etiam *historias, communiones et promissiones ex eo allegata*. Ita quoque Josua in comitisi ultimi c. 24, præcipua Pentateuchi capita paucis adducit, fedes cum Deo restaurat, idque inscribit *libri legis Mosis*, qui non est alijs, quam illi qui c. 1, 7, 8, et 25, 6, dictus est *liber Legis Mosis*; duo nomina ejusdem Pentateuchi, sicut quoque prius Jos. c. 8, 34, dictus *liber JEHOVE*, ibidem, v. 52, *liber legis Mosis* nuncupatur. Qui contendunt, *librum legis* dici ab antiquiori scriptore commentarii, *librum legis Mosis* autem à recentiori redactore, hypothecos gratiā id gratis sumunt, nec comprobare possunt; videbimus paulò post similarem horum nominum permutationem. David, ps. 40, 8, meminit volumini libri, in quo Deus à rege non sacrificia, sed voluntate promptam ad exsequendam ea, que Deo probantur, postulat, et Ps. 41, sepius repetit se legere, meditari et custodiare *Legem Dei*, prout Deut. 17, 18, 20, prescriptum est; mandat 1 Paral. 16, 40, ut Gibeone juxta statuta legis

(1) Apud varios commentatores in controverso est quisnam sit verus liber Josue auctor. Jac. Bonifacius hunc ipsum liber Josue adscribit. Vide Prelog. in Script. sacra. t. 1, col. 62.

*Mosis*, offerantur sacrificia, et demum morituras, ad filium loquens, attribuit *legem hanc volumine libri comprehensam* Mosi 1 Reg. 2, 5; 1 Paral. 16, 40; 22, 15.

— Josaphat mittit 2 Paral. 17, 9, sacerdotes et Levitas cum libro *Legis JEHOVE* (qui profecto, sicut Jos. 24, 26; 1 Reg. 2, 5; 1 Paral. 16, 40; 22, 15, idem est liber legis Mosis) in civitates et oppida, ut populum instruant. — Joïada præcepit, 2 Paral. 25, 18, ut holocausto offerantur, sicut in *Lege Mosis scriptum est*. — Amazias parci 2 Reg. 14, 6, 2 Paral. 25, 4, filii perduellum, sicut in *Lege Mosis scriptum est*, et *JEHOVA mandavit*. — Sub Hizkiah non modò 2 Reg. 17, 57, liber *Legis JEHOVE scriptus* memoratur, sed etiam 2 Paral. 30, 14, 18, 31, 5, 4, 21, hic rex pascha celebrat, sicut in *lege libri Mosis scriptum est*, et multa alia agit, sicut in libro *Legis JEHOVE scriptum est*, ubi lex libri *Mosis*, et liber *legis JEHOVE* sanè unus idemque est liber Pentateuchs, ut operari perdat Bertholdius, qui disserit singit. — Sub Josiā, 2 Reg. 22, 8, 10, *liber Legis*, in templo repertus est, qui in loco parallelo 2 Paral. 5, 25, 15, nuncupatur *liber JEHOVE per manum Mosis*. — Josias 2 Reg. 25, 21, 2 Paral. 55, 6, 12, 26, pascha celebrat juxta *mandatum JEHOVE per Mosen*, juxta omnia quo in libro *fodieris scripta sunt*, et separata ea quae, sicut in libro *Mosis scriptum est*, Deo offrenda erant; multò alia agit *legem JEHOVE*; 2 Reg. 25, 24, 25, abolo necromantia, incantatoria et idola, sicut in *Lege Mosis scriptum est*, et quesivit Deum in omnibus justa *legem Mosis*. — In exilio *liber Legis Mosis* memoratur à Daniele, c. 9, 11, 15, et post exilium *scripta Legis Mosis* laudatur ante Ezdræ adventum, Ezdr. 3, 2; et Ezdras ipse a rege Persarum salutat perfecit eruditus de *Lege Mosis*, Ezdr. 7, 6; conf. Neh. 7, 6; 8, 25; 7, 8, 14, 18; 9, 49, etc. — Ex his patet, etiam *Legem, Legem JEHOVE, Legem Mosis, Legem JEHOVE per Mosen*, que in libris historicis, Psalmis et Prophetis toties memoratur esse *librum legis Mosis*; unde exigit continua per omnia secula series testimoniū, Pentateuchum inde à Josuā omni tempore Mosis fuisse tributum. Quin porrō, ut § 4 annotavimus, argumentum Pentateuchi per omnes zetas notum fuerit, et quā plurima singularia ex eo in omnibus sequentibus libris referantur, que adhuc dūm in Pentateuco leguntur; patet quoque ilum toties memoratum et tot testibus comprimitum liberum *legis Mosis* non esse alium quā nostrum Pentateuchum.

(Vater in Comment. in Pentat. T. III, asserit, ex his allegationibus duxit colligi, sub his nominibus quasdam leges et historias scriptas existisse, non autem integrum Pentateuchum adfuisse quia partibus constat minimè coherentibus quārum permulta antiquis Mosis scriptis recentiori aeo insertere sint; argumenta autem, quibus hanc sententiam probare nütur, non sunt nisi conjectura, vel potius suspicione. — Die Wette in den Beiträgen zur Einl. ins A. T., cui assentitur Augusti in der Einl. ins A. T., totum Pentateuchum ita coherentia repert, ut hunc librum censeat esse poemata epicum; verum si argumenta, que adferit, id evincunt, omnes libri historici, qui aliquam integrum historiam narrant, in poemata epica convertuntur, ut taceant de artificiis, quibus nullus est, ut sententiam improbabilem redderet aliquatenus probabilem et dif-

ficitibus quoquo modo expediret, quas lector nihilominus ubique offendit. Conf. Jenae Lit. Zeit. 1, Jan. 1812, et Leip. Lit. Zeit. 9. Jan. 1812.)

§ 8. *Genesios auctor est Moses.* — Cum ea, qua in

Genesi et primis Exodi capitibus narrantur, non minus ac reliqua, mox sub Josuā et omnibus sequentibus seculis perpetuò pro nos ponantur; rectè concluditur Genesios quoque inde à Josuā omni state communi denominatione *Legis, Legis JEHOVE, Legis Mosis*, et *libri Libri Mosis* comprehendens et Mosi tributum fuisse; de quo quidem eò minus dubitandum est, quod Genesio et prima Exodi capita necessaria sunt preparatio ad sequentia, quo frequenter ad illa in Genesi et prima Exodi capitibus narrata referuntur, atque ad eam ambe partes arcitissimo nexus coherent, ut neutra sine altera perfecta sit. Nam Hebrai, in Aegypto ad divinum creaturarum cultum inducti, et, ut Moses prævidit, deinceps perpetuò ad idolatriam propria, edocendi erant in Genesi et primis Exodi capitibus, quisam sit ille Deus, quem ad montem Sinai regem suscepit, a quo legem receperunt, et cui per sabatā et festa solemnia, per sacrificia et primitias, per obedientiam legibus præstandam, et per omnem cultum, veneracionem suam et gratiam pro tantis beneficiis animis tenebantur. Sublatā hāc Pentateuchi parte, Hebrei ignorassent, quis sit ille Deus rex, quem colebant, neque enim illis temporibus sine haec doctrina regem suum *Deum creatorum et gubernatorem mundi cognoscere*, aut sepius recurrentia nomina: *Deus Abraham, Isaac et Jacob intelligere*, vel assequi poterant, unde sint, aut quid sibi velint repetitive toties promises Patriarchis facta, et quenam ac qualia sint illa miranda opera in subsequentiis libris toties laudata; sola traditio orali (quam adversari nostri alias non amant, hoc autem loco adeò extollunt), per proclitatem ad idolatriam post aliquas generationes depravata et oblitterata fuisse. Quare qui tantam Hebreorum etiam posteriorum curam gessit et reliquiascripsit, etiam Genesio et prima Exodi capita, necessariam Hebreis, imprimitus posteris institutionem et doctrinam, traditioni orali relinquere non potuit, nec reliquise putandus est.

§ 9. *Interpolationes Pentateuchi.* — Libros hos à commun antiquorum librorum sorte mansisse immunes, et non tuisse interpolatos, expectandum non est. Etsi enim Hebrai libros hos tanti estimabant, ut quid piani consultò et malā fide mutare, summe sibi religioni ducent, id tamen non impedit, ne hinc inde supplementa historiae, uti inscriptions Deut. 1, 1, 4; 4, 44, 49, et ultima duo capita Deuteronomii, adjicerentur, et ne libraria explicaciones rerum antiquarum, que margini collicis inscripte fuerint, nonnunquam opinantes esse partem libri, in textum inferrent. Loca hujus generis jam à Rabbini annotatae fuerunt octodecim, de quorum tamen omnium interpolatione non cedem certitudine constat. Recentiores multò plura, et quidam alia justè, alia injustè, interpolationes arguerunt. Ita genealogia Exod. 6, 15, 29, annotatione de state Mosis et Aaronis Exod. 7, 7, et sermo Exod. 11, 1, 5; porrò Deut. 2, 10, 12, 20, 23; 5, 9, 11, 15, 14; 10,

6, 9; Num. 32, 41; Deut. 3, 14, profectò ad textum non pertinent. Observatio Num. 12, 5, Mosen fuisse virum mitissimum  $\gamma\gamma$ , saltem dubit es fidici. Ast Gen. 36, serius insertum fuisse, probari nequit. Interpolationes autem haec et aliae sunt antiquissime, quia etiam in Pentateuchu Samaritanorum leguntur, atque adeo iam aetate Rehabeam erant vetustæ. — Qui ex locis hujusmodi, que à Mose scribi non poterunt, aut saltem scripta esse non videntur, etsi permulta carent, colligunt etiam reliqua, que nulla difficultate laborant, nisi quid miracula narrant, ab eo non fuisse scripta, concludunt à particulari ad universale, que concludendi ratio illegitima, in nostrâ questione cù minus tolerari potest, quod indeo totius Pentateuchi auctorem, qualis Moses fuit, prodit, et perpetua quoque adest testimoniū a Iosuā inde per omnia secula series, qui unanimis pro Mose testimonium dicunt. — Fortassis autem quæpiam etiam exciderunt, ut Deut. 35, 6, tribus Simeon.

§ 10. *Pentateuchus non recentiori aëvo compilatus.* — Pentateuchum aetate Davidis aut ex aëvo Babylonico, partim ex legibus, quas solas Moses scriptas reliquerit, et partim ex traditionibus oralibus, canticis, fragmentis historicis, inscriptionibus hieroglyphicis, et monumentis in memoriam gestorum publicè prostantibus, quorum significatio ex conjecturis petitū fuerit, compilatum fuisse, prout quipiam conjecturæ historie reputagnat. Nam Samaritani eundem Pentateuchum, quem habent Judæi, accepertur a sacerdotiis decem tribuum, quæ ex regno Juda librum, non solum religionem, sed etiam formam reipublicæ et leges civiles definitiæ, profectò non receperant; quare Pentateuchus, quem habent Samaritani, jam illa aetate, quā decem tribus schisma fecerunt, ab immemoriali tempore adulit; nam cum Jeroboam nullum non moveret lapidem, ut decem tribus a posteriori Davidis et regno Juda in perpetuum alienaret; eruisse profectò è tenebris antiqua illa scripta (que sola nunc à quibusdam Mosi debet putantur), si vel fama de illis quidquam innotuerit; non defluissent senes 80 et 90 annorum, qui dixissent patrem vel avum sum de illis scriptis Mosis narrasse, vel avum sum à patre aut suo quoquidam de illis scriptis retulisse, atque Jeroboam, ut animos civium à regno Juda alienaret, alios sene idem edientes conquisiisset, scripta Mosis antiquissima indagasset et restituisset, aut saltem hoc prætextu usus fuisset, ad quæpiam sibi contraria ē Pentateuchon eliminanda aut mutanda, ut historiam de vitulo auro, leges tribus Levi ministerio sacro deputantes, et præfinitione mensis, quo festum tabernaculorum celebrandum erat. Imò quim autographum Mosis in adyto tabernaculi custodiretur, et non tantum omni septimo prelegeretur, sed etiam apographa manibus sacerdotum et plurimi laicorum, præserim judicem tereretur, nova compilatio libri fieri non potuisse, quin motu atque altercationes ortæ fuissent, que in historiâ ejus aëvi silentio præterire non potuerint. Quom horum omnium nihil reperiatur, patet nostrum Pentateuchum ferè ducentis annis

esse antiquissimum Salomon; talluntur itaque, qui eum aetate Davidis aut Samuelis auctum et in hanc formam redactum fuisse suspicantur. Duecatis autem annis (i. e., 5 aut 6 generationibus) aut Salomonem, temporibus Iudicum, talem compilationem factam fuisse, nemo suspicabitur; igitur liber legis Mosis, qui Jos. 1, 5; 8, 8, 51, 55; 24, 26, commemoratur, fuit idem cum libro aetate Rehabeami, et idem cum Pentateuchu Samaritanu et nostro.

§ 11. *Argumenta contra authenticationem Pentateuchi.* — Indicia que quibusdam visa sunt arguere, Mosen non scriptis nisi leges, historia autem recentiori aetate ex traditionibus, seu mythis, fuisse inserta, in primis redeunt ad narrationem miraculorum; reliqui enim Mosi faciliter relinquuntur. Ininitutus itaque tacito syllogismo : *Si Moses hanc miraculorum historiam scriptisset, vera et divina essent, que in ipsis narratur miracula; atque miracula fieri non possunt; igitur Moses hanc historiam non scriptis.* Pro concessu itaque potuit, quod demonstrandum erat; et argumenta enim, quibus contendunt evincere, miracula fieri non posse, non sunt nisi inane verborum lusus, quibus abundant scholæ philosophorum, prout historiæ philosophizantur, recentioris et recentissima, affatim docet. Quidquid sit, omnia hujus generis argumenta, philosophia alicui dogmaticæ innitentia, in questione historica et critica vix non habent. Reliqua autem, que proferuntur argumenta, non probant, nisi Pentateuchum esse posse, seu historicè cogitari possit opus spuriun, vel recentiori aëvo ex traditionibus consarcinatum, quod autem, si suspicibiles et conjecturis arbitriari, ut hic fieri solet, indulgere licet, de omnibus fieri antiquis libris cogitari potest. Ostendendum autem erat Pentateuchum nec esse posse, nec historicè cogitari posse genuinum Mosis opus, sed necessariò et esse et historicè cogitari debere opus recentius, et id quidem argumentis historicis et criticis evincendum fuit. Minimè sufficit movisse dubia, protulisse suspiciones, opposuisse conjecturas, arguisse dispositionem operis in fragmenta, observâsse aliquam styli et lingue variationem, et sollicitasse quæpiam loca, à Mose et aetate ejus aliena, verum interpolata; sed comprehendendum erat, characterem scriptoris, argumentum, lingua, stylum, formam et dispositionem operis, atque finem ad quem totum vel partem aliquae tendunt, Mosis et atati ac locis commemorationis ejus prorsus repugnare, ut ab hœc auctore et ex illa aetate descendere non possit, nec historicè ut opus Mosis et ejus aetatis cogitari possit. Nam nequaquam æqualis est adversarij et defensorum hæc in controversia causa; hi enim aream habent in subscriptione auctoris, Deut. 31, 9, 15; 22, 24, 26, et in ejus commemoratione, Num. 35, 1, 2; Exod. 17, 14; 24, 4, 7; 54, 27, atque in testimonialis, que inde à Iosuā, in omnibus libris dispersa sunt (conf. sopra § 5, 8); atx hæc est inexpagnabilis, nulla enim testimonia contraria adduci possunt, Pentateuchum fuisse recentiori aëvo compilatum; imò neque certa indica pro hæc suspicione proferri possunt, uti, e. g., historiam testari, motus de forma ar-

gumento, et amplitudine scriptorum Mosaicorum ortos fuisse. Minimis conclusiunculis suspectam reddidisse illorum testimoniorum fidem, nihil evinat; si quidem conjecturæ et artificiis hujus generis, etiam integerrimorum virorum fides in dubium vocari potest, quin labefactetur judici integrum; sed ostendendum omnino est : 1<sup>a</sup> ipsum auctorem et omnes subsequentes testes vel non posse vel non velle editore veritatem, et 2<sup>a</sup> Pentateuchum nulla penitus ratione posse esse et cogitari illius aetatis et auctoris Mosis opus. Si ex dispositione libri per disrupta fragmenta, ex repetitionibus, ex legibus que in subsequentibus leguntur mutata, ex prepostero nonnumquam ordine et alijs similibus observationibus concordatur, opus non esse Mosis; ostendendum est Mosen non potuisse opus hæc ratione digerere. Si ex aliquâ stylî diversitate probanda est diversitas auctoris; evinendum venit, stylum Mosis per 40 annos sub tot et tantis vicissitudinibus casuum nec potuisse indebuisse mutari, et Mosen nec potuisse nec debuisse interdum notario dictere, aut scripta à notariis adoptare et sua facere. Et quanta denique est stylî diversitas? profectò non tanta, quantum libri observat inter Bar Hebrai Syriacam Dynastiarum historiam et continuationem ejus a p. 373 l. penult. non tanta, quanta est inter genuina Ciceronis opera et librum de Consolatione ipsi affectum; neque tanta, quanta est inter Deuteronomium et duo ultima ejus capitula Deut. 33 et 54. Diversitates, que urguntur, sunt minutæ, ut in Exodo semper commemoratur Sinai, in Deuteronomio autem Chorob; et in Deuteronomio frequenter usque usum verbi  $\tau\tau\tau\tau\tau\tau$  absulit, in precedentibus autem libris usurpari  $\tau\tau\tau\tau\tau\tau$  excisum est, et  $\tau\tau\tau\tau\tau\tau$  exedit, etc.; ast docendum fuit Mosen per intervalum multorum annorum non potuisse nec debuisse assuere nonnullis aliis verbis; accedit, Chorob occurrere quoque Exod. 5, 1; 17, 6; 35, 6; nempe ubi de radice montis sermo est, dicitur Chorob; cacaum autem montis venit nomine Sinai. Quam nimis urgent exiguum diversitatem linguae Pentateuchi à lingua recentissimorum librorum sacrorum, jam supra, § 2 refutavimus; juverit tamen quepiam adjicere. Discrepancia linguae Pentateuchi à lingua Psalmorum et antiquorum Prophetarum, atque horum à lingua librorum in exilio vel post exilium exaratorum, sanè non est nulla, nec tamen magna, sed omnium pectorum consensu tanta, ut ab atlectore non observari non possit. Psalmi Davidis autem distant à scriptis Nehemie et Malachie ferè 600 annis, quorum lapsus gens et lingua ingentibus cladibus jactata est; lingua autem variatio in utriusque hujus aetatis operibus non est multo major, quam illa, que lingua Psalmorum inter et lingua Pentateuchi intercedit, cuius intervalum 500 annis absorbitur, quibus gens et lingua nequaquam tantis stragibus subjecta fuit. Minor lingua mutatio facile explicatur, quod orientales antiquis inharrere quam novare malunt; quod Hebrei cincti fuerunt gentibus, eadem vel partim diversâ dialecto utentibus, et quod scriptores lingua suam lectione Pentateuchi exco-

luerunt. Denique si Moses, ut adversari contendunt, scriptis leges, in his tamen lingue diversas non observat minor, quam in historicis, ut eadem difficultas que fingitur, maneat. — Ceterum qui multitudine miraculorum admodum offenduntur, et Mosen iis liberare contendent, meminerint, Hebreis vix sufficisse, et nequaquam in omnibus locis, in quibus Deus Mosi locutus fuisse dicitur, de extraordinaria allocutione sermonem esse, prout ex Deut. 1, 22, 25 coll. Num. 15, 6, liquet. Moses enim legatione divinità munitus, iure etiam reliqua, que ipse perspexit recta, divinità cum auctoritate proposuit. Conf. etiam Exod. 24, 12; 51, 18; 52, 16; et Deut. 9, 10; 10, 2, cum Exod. 5, 1, 27; 28, 8, 15; 1 Paral. 28, 19, et Luc. 4, 20.

(Mirari subit, viros perspicaces, Vater et de la Wette, uti argumenti quorum vim esse nullam nemo non videt, uti cum dicunt, legem de uno totius gentis aetari, antiquiori aëvo non adfuisse, quia sacrificabatur in excelsis, ut si violatio legis argumentum esset, legem non existit; quid si ita, neque decalogus in duabus tabulis existit, quia genitores in idolatriam relata est, ac homicida, furta ac adulteria committabant; aut si contendunt, Pentateuchum, si adfuisse, sepius commemorandum tuisse; quod si ita, neque decalogus adfuit, quia non commemoratur usque ad translationem arce foderis in templum, 1 Reg. 8, 9; nec sabatum erat, quia non commemoratur usque ad Israïam; hujus generis sunt ferè reliqua. Hi viri erudit in ea videunt esse opinione, authenticationem librorum antiquorum probandam esse argumentis, quibus in foro civili et criminali facta recentia probanda sunt, que aetate in universâ historia antiquâ desunt, nec prolio libro proferri possunt. — Negari profectò non potest, longè preponderare argumenta pro origine Mosaicâ, et adversari nullum producere posse testimonium alicuius scriptoris antiqui pro recentiori Pentateuchi origine. Vater imitatus est Wolfian, qui authenticationem Odyssee et Iliados similibus et aliquantum validioribus argumentis impunivat, neque tamen eruditus satiscit; an igitur Vateri quasilius conjecturis cedendum erit? Perpendant, qui nulla prejudicata sententia dicuntur.)

§ 12. *Pentateuchus non fuit refectus.* — Que hucusque pro Pentateuco, ut Mose scripto, dicta sunt, abunde quidem sufficient; quia vero adversari fervide urgunt, opus fuisse recentiori aëvo refectum, hypothesis, que proferuntur, examinande veniunt; premittenda tamen sunt, que refectioni, in quanquamque aetate rejiciuntur, obstant; quia vero nec ante Davidem, neque post Ezdram factam esse, illius asserit, intervallo inter Davidem et Ezdram sistentur.

I. Si opus Mosis fuisse refectum, indoles lingue et stylî recentiorum saperet aetatem, offendenter verba, que in recentioribus operibus obvia sunt, verba autem Pentateuchi peculiaria, saltem pleraque, et archaismi essent à refectori eliminati; nam hec omnia minutis deputata, nec adeo studiosè curata fuissent. Characterem hinc styli his libris et in primis Deuteronomio nullus imprimeret, nullus ita totus personam Mosis induceret, atque hæc ratione ad populum in illis adjunctis constitutis loqui potuisset. II. Quiscumque scripta Mosis refluxisse statuatur, 1<sup>a</sup> non quilibet, uti in diario fieri solet, prout tempore sese exciperet, digessisset, ut jam leges, jam gesta, jam monitiones, jam iussus referret; 2<sup>a</sup> nec leges quaspiam toties repetisset,

quoties promulgata fuerunt: aut 3<sup>o</sup> saltet leges, que in Deuteronomio mutantur, in prioribus omisisset, neque etiam 4<sup>o</sup> post accuratè descriptam formam tabernaculi et omnium partium utensiliumque, rursus, quomodo omnia parata fuissent, totam illam minutam descriptionem omnium partium repetisset; tale quid hæc ratione scribere et repete non potuit, nisi qui scripsit, cim haec omnia confidenda mandabat, et cum ea confecta recipiebat, ut in publicis actorum commentariis fieri consuevit. III. In opere, quod sub Davide, aut recentiori ætate refectum fuisset, mentio quæpiam honorifica de majoribus stirpis regie, de ordine successio[n]is, contra schisma regni: quæpiam de precibus et cantandis in tabernaculo Dei laudibus, in primis Num. 6, 22, 27; quæpiam de adedicando templo; leges contra ebrietatem, alia plura expedita etiam esse, ut è contrario plura fuissent omissa, que leguntur, presertim illa, quæ invicem pugnant, et que sequori tempore erant mutata, aut neglegta, ut annus Jubileus, dimissio mancipiorum Hebreorum anno septimo; conf. Jer. 54, et alia similia. IV. Decem tribus refectum sub Davide aut recentiori ætate opus vel idem rejecissent, quia vitulos aureos, sacerdotes qui non sunt de genere Aaronis, et festum Tabernaculorum mense octavo, damnat. Conf. Exod. 32 et 19; 8, 17, 41.

Dicunt jam, quæ ætate reficta fuisse scripta Mosis conseantur. — I. Nec Ezra, nec quisquam ejus statim hanc potuit lingua et hunc stylum scribere. Ezra ex libro suo notus est, ex quo perspectur lingua et stylus Pentateuchi ipsius opus esse non posse. Quæ Judæi ac quipiam Patres et theologi retulerint, legem amissam, et ab Ezdrâ, qui eam memoriter tenebat, restitutam fuisse, fabula sum absurdæ. Denique Samaritanus opus ab Ezdrâ refictum nunquam receperunt. — II. Sacerdos à rege Assyria in Samaram missus, ut colonus religionem Jehovah doceret, erat exul, et sacerdos vitali, qui multò minus linguam et stylum scribere, ac omnia recentiora evitare potuerunt, et salem illam historiam de vitulo aureo, et mandata illa de sacerdotibus Aaronicis et de feste Tabernaculorum mense septimo, omisissent, ut tacet, regnum Judea opus, à sacerdote vitali reficitum, nunquam suscepturum fuisse. — III. Chilkiâ, qui fortè, 22 Reg. 22, 8; 2 Paral. 34, 14, conf. Jer. 4, 11, sub praetextu codicis in templo inventi, refictum librum obtrudit, unde et territus fuit rex. Verum rex non miratur, inventum fuisse librum Mosis, sed auditus demum omnis imprecationibus, quarum complementum per Chaldeos jamjam imminebat, exterritus fuit. Accedit Samaritanus liberum à Chilkiâ, sacerdote Judeo, refictum rejecturos, et antiquam libri formam conservatores fuisse. — IV. Sub Davide, ut jam monuum, inserta quæpiam fuisse de majoribus familie regie, et omissa non modo leges regibus scripte, Deut. 17, 6, 12, sed etiam illa de non expugnatis Moabitis, Ammonitis et Edomitibus, Deut. 2, 4, 9, quos David armis suo subjecti imperio.

(Si Ezra non fuit par refundendis scriptis Mosis,

multò minus potuit illos integrè ex cerebro suo constringere et Mosis supponere, siquidem simul omnia opera, in quibus Pentateuchus allegatur aut adesso ponitur, nempe libros Josue, Judicium, Samuelis, Regum, Psalmos et Prophetas supponere debuissent. Ridendi itaque potius quam refutandi sunt, qui clamat Ezdram libros Mosis supposuisse.)

§ 15. *An Moses ipse scripsit?* — Si Moses, prout Rich. Simon, Hist. crit. de V. T. L. I, ch. 2, p. 47, conjectavat, non scripsisset, nisi leges, historiam vero notarii publicis qui prophete dicit furent scribendam reliquistet, 1<sup>o</sup> stylus pro variis diversorum auctorum scriptis magis variaret. 2<sup>o</sup> Notarii prophetae nunquam commenstrarunt, nec genealogi, propriè scriberunt, unquam nomine prophetarum salutantur. Esto autem, 3<sup>o</sup> ut hi quæpiam consignerent, uti, e. g., tabulam receptarum partium tabernaculi Exod. 36, 8, 50, 31, catalogum populi et Levitarum, castra et ordines Hebreorum, dona principum, Num. 4, 1, 4, 49; 7, 1, 88; 26, 1, 61, et quæpiam alia, quorum stylus acta publica redolet; Moses tamen, ea acceptando fecit sua. Ex quibusdam autem locis appareat, Moses nonnullum, more olim validè usitato, notarii dictasse. Denique 4<sup>o</sup> castra Israelitarum atque adeò historicæ, teste loco Num. 35, 2, à Mose conscripta fuerunt. — Quæ R. Simon protulit Josephi Fl., Rabbinorum et Patrium Ecclesie loca, nec edicunt, que vult Simon, nec factum tam antiquum contestari possunt.

§ 14. *Genes ex antiquis documentis collecta.* — Quomodo 1<sup>o</sup> omnis historia antiquioris ævi, ex antiquioribus documentis hauriatur; exceptio pro Genesi, que historiam Mose priorem exhibet, locum habere nequit. 2<sup>o</sup> Diverse inscriptions, que in primis capitibus Gen. 2, 4; 5, 1; 6, 9; 10; 11, 40, 27, recurrent, nonnullum locorum hac totidem antiquiora esse documenta. Idem confirmat 3<sup>o</sup> stylus variatio, que saltem usque ad historiam Josephi observatur, nec characterem Mosaicum refert. Conf. in primis Gen. 4, 1, et c. 25, ac. c. 5 et c. 10, et 4<sup>o</sup> constans in locis etiam et stylum scribere, ac omnia recentiora evitare potuerunt, et salem illam historiam de vitulo aureo, et mandata illa de sacerdotibus Aaronicis et de feste Tabernaculorum mense septimo, omisissent, ut tacet, regnum Judea opus, à sacerdote vitali reficitum, nunquam suscepturum fuisse. — III. Chilkiâ, qui fortè, 22 Reg. 22, 8; 2 Paral. 34, 14, conf. Jer. 4, 11, sub praetextu codicis in templo inventi, refictum librum obtrudit, unde et territus fuit rex. Verum rex non miratur, inventum fuisse librum Mosis, sed auditus demum omnis imprecationibus, quarum complementum per Chaldeos jamjam imminebat, exterritus fuit. Accedit Samaritanus liberum à Chilkiâ, sacerdote Judeo, refictum rejecturos, et antiquam libri formam conservatores fuisse.

— IV. Sub Davide, ut jam monuum, inserta quæpiam fuisse de majoribus familie regie, et omissa non modo leges regibus scripte, Deut. 17, 6, 12, sed etiam illa de non expugnatis Moabitis, Ammonitis et Edomitibus, Deut. 2, 4, 9, quos David armis suo subjecti imperio.

(Si Ezra non fuit par refundendis scriptis Mosis,

multo minus potuit illos integrè ex cerebro suo constringere et Mosis supponere, siquidem simul omnia opera, in quibus Pentateuchus allegatur aut adesso ponitur, nempe libros Josue, Judicium, Samuelis, Regum, Psalmos et Prophetas supponere debuissent. Ridendi itaque potius quam refutandi sunt, qui clamant Ezdram libros Mosis supposuisse.)

§ 17. *Fides historica horum documentorum.* — Documenta hæc, utcumque antiqua, gestis tamen, que referunt, recentiora sunt, ut notitiae haæ historica aliquo tempore, et partim multis seculis traditione orali propagatae fuerint: narrationis tamen substantia non fuit depravata; nec sunt fictiones aut allegoriae quibus antiquissimi sapientes philosophemata sua tegere voluerint, neque sunt mythi, aut historie mythis mixta, similes illis, quæ gentes aliae de evo antiquissimo referunt, sed historie sunt certe; nam relations haæ 4<sup>o</sup> mille ferè anni citius, quam mythi antiquissimorum gentium scripto exaratae fuerunt. Antiquiori autem ætate adeò longevi erant homines, ut opus non fecerit, eas per ora multularum generationum transire; nam Methuselach primis 245 vite annis Adamum, et postrem 600 annis Noachum coeyvum vidit, qui et ipse rursum postremis 58 annis Abramum coeyvum vixit. — Historia Abramini, Isaaci et Jacobi paulo post litterari mandata fuit, ut tacet, à Jacobo usque ad Moses non intercessisse nisi quatuor generationes. (Vide infra, not. 1 et 2.) Accedit religiosos illes patriarchas, notitas has, ut fundamentum religionis, maximis felicibus, filii inculcasse, et sensu centis repetitis rursum sepius repetisse, ut non facile minus certè intelligenti aut perverti potuerint. Quæ in carmina redacta erant, quorum vestigia occurrunt Gen. 5, 24; 4, 25, 24, multò adhuc facilius memoriæ tenebantur, et perverti non poterant, quin membrorum parallellus tueretur, aut melodie dissident, et metatio mox observareetur et corrigeretur. 2<sup>o</sup> Quæ antiquiores et diutius traditione conservate sunt haæ relations, cœ pauciora referunt, et eò quoque sunt obscurioræ; quæ vero sunt recentiores, cœ etiam sunt locupletiores, ex quæ liguæ, collectorem omnia incerta et suspecta, que ex antiquiori evo procul dubio plurima aderant, repudiassæ, nec receperisse nisi certa, atque ad dispellendas hinc inde tenebras vix quæpiam minutæ adjuvare ausum esse. 3<sup>o</sup> Res et gesta que narrantur, simplicissimæ sunt, et illis, que ab aliis gentibus de antiquissimo evo referuntur, prorsus dissimilæ; quod si in quibusdam tenuis quæpiam cum eisdem deprehendit similitudo, apparent tamen, hec facta aut figuramenta aucta et perversa esse, nostra autem simplificatio emendare, prout illi ethnici, illitterati non minus quam literati, qui prima fidei temporibus ab his mythis ab Biblia accesserunt, sine hesitatione agnoverunt. 4<sup>o</sup> Mythi seu narrations incerte aut figuramenta aucta, vel si placet, philosophemata allegoriae vestita, singulare sunt fragmenta, que nec ad se invicem, neque ad historiam, ullam realē dicunt rationem, in nostris vero documentis omnis inter se et cum historiæ certa indissolubili nexu coherent. 5<sup>o</sup> Mythi scilicet figuramenta, in primis de diis et deabus, de semidiis, eorumque omnium bellis et obscenis etiam

commerceis cum feminis et viris; porrò de demonibus, herouibus, nymphis, metamorphosibus, de inventoriis rerum utilium et auctoribus, seu stirpibus familiarium illustrum, quos ex concebuto decorum dearum cum hominibus, descendere fabulantur; in nostris verò fragmentis nihil simile, sed unus Deus creator et rector universi, qui religione et morure probitatem curat, perpetuò laudatur, et omnia ad condamnam, tunciam et promovendam hanc eamdem religionem inxiuxam probitatem conspirant, atque felix aliquando aveum annuntiant, quo vera religio, et probitatis studium ad omnes gentes propagandum esset, quod et opere compleatum esse, neque perhacissimum negare audet. 6<sup>o</sup> Quòd si concedatur, has nostras historias alteratas fuisse, præcipua tamē capitula, quibus subsequens historia initiat, suspecta esse nequeunt, ut addita aut feta sola essent illa mirabilia, nempe revelationes divine; aut repugnat, homines illos quoscumque, qui has revelationes fixitus putantur, præsagire potuisse, posteros suos religionem hanc non modo esse constanter retenturos, sed etiam quodammodo esse.

Quodammodo esse, quodammodo non, non foret personam adeo accommodati; que sicut in indeo personarum, exorbitare, neque sibi similis per omnem etiam cujuslibet persistet; anni 400 Gen. 15, 50, mutati essent in 430; apparentes antilogiae composite essent; denique tota narratio illi rerum cursu, qui in historiā aliis observatur, non esset per omnia conservata.

(1<sup>o</sup>) Longevitatem hominum primæ mundi etatis permitti quidem mythis accsent, hæc solum ratione ducti, quod corpus hominis tot annos subsistere negari, ast illa etate, imprimit ante diluvium omnia fuisse eadem, que hunc sunt, affirmare nemo sanctus potest; hinc candeat fuisse hominum etatem, quæ nra est, quis affirmare ausit? Quoniam omnes alia gentes longevitatem hominum illis etatis plurimam annorum referant; nostra ratione, longevitatem minimum statuent, in suspicione adduci non possunt.

2<sup>o</sup> Communis sententia fert Exod. 7, 14, 19, aliquas generationes esse omissas, quia 450 anni non quantum, sed 15 generationes respondent; verum cùm Gen. 15, 13, disertis verbis quatuor generationes 400 anni aspiciantur, et illi quoque 215 anni, quibus Abrahamus, Isaicus et Jacobus in Chanaan versari sunt, dous tantum generationes exhibent; liquet, generationem eo avo, non ut exo multò recentiori, 54, sed 100 annis absolutam fuisse. Conf. Num. 27, 4.)

§ 18. Argumenta pro mythis in Pentateuchi. — Argumenta quæ contra fidem horum documentorum

preferuntur, non efficiunt, fuisse alterata, sed dumtaxat alterari potuisse, id verò est, nihil efficiunt; à possibili enim ad actum non est legitima concludendi ratio. Quæ producta sunt, ut doceretur narrationes sinceræ esse non posse, vana sunt: sic quim asserunt, protoparentes ea quæ Gen. 2, 4, 5, 24, referuntur, defecti verborum non potuisse narrare, et, quim lingua verbi aucta esset, non potuisse recordari eorum quæ annis primis infantia contigerant, quia sine verbis non est rerum memoria nisi obscura. Ast neutrū hic quidem locum habet; nam protoparentes primo momento erant aduli, qui omnes animi facultates et omnia corporis membra ad usum habebant expedita; aderat quoque facultas et stimulus loquendi, quare mox notiones capere et logii incipiebant; et quim illa, qui primis temporibus, aetate quæ erant aduliti, observabant, aut à Deo quæcumque ratione docebantur, eo ipso, quod prima erant, vehementius ferient sensus et animum; altiori quoque manebant mente reposita, non tota reliqua vitæ eorum faciliter recordarentur, et quin lingua paulisper esset locutum, narrare posset.

§ 19. An Gen. 1, 1, 2, 3, antiquissimum documentum. — An geogonia, aut, ut alii videtur, cosmogonia Gen. 1, 1, 2, 3, antiquissimum quoque documentum accensis sit, disputatur. Id quidem dubio caret, doctrinam deo creatore atque adeo etiam de creatione et ortu rerum omnium, per totam Genesim notam esse; nam omnia haec documenta ex fine referuntur, ut doceatur, doctrinam hanc protoparentibus fuisse revelata, et singulari dispositione divina usque ad Abramum conservatam, atque porrò conservandam, et quondam ad omnes propagandam esse. Quæpiam hujus geognosie in sequentibus diserte repetuntur, ut Gen. 6, 7; 5, 1 et 9, 6; 14, 19; 18, 25. Quà verò etate hec narratio litteris mandata, et an demum rursus ab aliis in eam formam quam habentus, redacta sit, defectu historie expidiri nequit. Antiquior tamen 1<sup>o</sup> esse videtur quam narratio diluvii, nam nī hīc de discriminis animalium mundorum et imundorum, nulla distinctio volvorum juxta alas et ungues, nec cadent est divisio animalium, que in historiā diluvii deprehenditur. 2<sup>o</sup> Antiquior quoque quoad substantiam esse videtur quām genealogia Gen. 5, et lex contra homicidas Gen. 9, 6; nam duo haec documenta Gen. 5, 1, 2, et 9, 6, memorant imaginem Dei in homine, quæ Gen. 1, 26, 27, docetur. 3<sup>o</sup> Non tantum substantia, sed etiam forma videtur esse antiquior Mose et omnibus reliquis documentis Genesios; nam non solum fundamentum est theologia totius Genesios, sed etiam lingua verborum penitus laborante concepta est; omnia optime et prout in sensu cadunt, sistit; dies non numerat, ut Moses, à vespera ad vesperam, sed à vespera ad mane; animalium duo dumtaxat facit genera, alterum quidem aquatile et volatile, alterum verò terrestre; animalia terrestria porrò dividit in cœuria, fera et reptilia, omnia secūs ac Moses; animalia immunda prorsus ignorat; denique in precepto sabbati, Exod. 20, 8, 9, 12, 17, di-

sertis verbis allegatur, nec Deut. 5, 12, 14, prorsus siletur, neque Exod. 31, 13, 17 (conf. Ezech. 20, 12, 20) excluditur, imò jam Gen. 7, 10; 8, 10, 12, 29, 28, 29, obiter attingitur.

Cui verò etati hec geogonia debeatur, ex eo conjeti aliquatenus potest, quod tota collineat ad id, ut divinus creaturarum cultus, ad quem homines prima mundi etatis, et imprimit ipsi protoparentes proclives erant, precaventur; quare hoc doctrina prima hominum aetate descendere videtur; litteris verò mandata fuerit durante commemoratione in Egypto, ubi sol, luna, astra, diversa animalia et plantæ colebantur, et malus quoque Deus Typho existere credebatur; probabilius contra has superstitiones Israelites hoc documentum, quod antiquam doctrinam amplius exponebat, diligenter muniri esse videbatur. Hinc hec geogonia, qua fundamentum est totius theologia Pentateuchi, Prophetarum et Psalmorum, non exhibet, ut quipiam opinantur, figuratum, creatio, etiam non est figuratum, neque representatio creationis poëticæ, poetum enim inē nihil occurrit, neque philosophem est aliquid antiqui sapientiæ; in iusmodi enim documentum, testi historiæ, vires sapientissimorum viorum totius antiquitatis longè superat; exhibet itaque, prout et ipsa narrationis ratio prorsus historicæ inuitu, historiam. Quim verò geogonia à teste qui nullus fuit, referri non potuerit, patet, substantiam ex revelatione divinâ descendere, qui primi homines eo modo, quo capere poterant, edicti sunt, nihil esse divinum aut colendum, nisi creatorem, reliqua verò omnia usi hominum destinata esse, ut non sint hominum munera, sed homo illorum sit Deus. Vestitus autem orationis et enumeratio ac ordo creaturarum ignoto scriptori

sunt et quibus artifices aliquam sine scripto documento satisfacere non potuerint; eamdem actorum formam refert etiam tabula receptarum partium sacri tabernaculi Exod. 36, 1, 40, 35, census populi, relatio donorum, et descripicio castrorum ac ordinis tribuum Num. 1, 1, 49; 7, 1, 88; 25, 19, 26, 65. Hec et fortasse quipian alii, à notariis scripta, Moses adoptando, sua fecit, et scriptis suis adjicit. Ita etiam illa, que sacerdotibus mandata erant, mox eisdem scripta trahi et ita edi debebant. Ultimam autem annis Moses pro singulari sua cura, quā futuri quoque etatisibus providebat, omnia digesti, atque aliqua addidit, aut in uniuersitate locum conjecti, ut leges de festo paschali, Exod. 12, 14, 20, et asserimatione Manz in tabernaculo, Exod. 16, 52, 34. — Deuteronomium exaravit annos quadragésimum; sapientis enim meminit victorie, quam hoc anno Israelite de Sichon et Og retulerunt, Deut. 1, 4; 2, 14, 5, 19; 4, 1, 4, 46, 49, prout et has iste sacerdotibus et principibus populi tradiceret, ut in aedyle tabernaculi penes aream feideris asservaretur, Deut. 31, 9, 15, 24, 26. Haec autem editio non ita spectanda est, ac si omnia haec scripta ubique in rectum ordinem diligenter digesta, et in unum volumen redacta fuissent; erant profecto volumina plura, que collecta nomine legis, legis Jehova, et libri legis Mosis, venie inde voculas ad connectandas diversas partes, ac for-

tassæ queplam ad supplendam recentiorem historiam, ut Gen. 56, 31, 39, 45, nisi haec pars sit recentius additamentum. — Doctrina de vero Deo cum reliquis et ratione connexa est, ut recentiori aetate inserita esse nequeat. Hinc indè duo documenta in unum coeruleunt; sic caput quintum Genesios insertum est documento Gen. c. 4, 1, 26, et c. 6, 1, 6; nam Gen. c. 4, 26; cum c. 6, 1, arcet coheret; sic quoque in historiā diluvii diodocum commixta sunt; nam repetitiones ejusdem rei, variatio stylū cum usi diversordū nominum Dei pari passu procedunt. 4<sup>o</sup> Nihil pro arbitrio mutatum fuisse, liquet non tantum ex representatione indolis cuiuslibet personæ, que sistitur perpetuò sibi constantes, nature convenientes, et nullib[us] abnormis; sed etiam ex eo, quod, que patriarchis non sunt honorifica, candidè referuntur. Gen. 9, 18, 27; 12, 14, 20; 12, 11, 20; 1, 1, 18; 15, 6, 41; 19, 51, 53; 27, 5, 29; 30, 57, 42; 54, 25, 29; 37, 18, 28; 58, 7, 27.

Mosen esse, qui haec monumenta collegit, jam supra, § 8, ostendimus.

§ 21. Editio Pentateuchi. — Mosen scripsisse commentarium rerum gestarum, patet ex Exod. 17, 14, 34, 27, Num. c. 53, 1, 2, et alias etiam partes mox edidisse, colligimus ex Exod. 24, 7, et ex accuratis illis praefinitionibus totius apparatus ad cultum divinum Exod. 23, 1, 31, 18, que formæ actorum exarata sunt et quibus artifices aliquam sine scripto documento satisfacere non potuerint; eamdem actorum formam refert etiam tabula receptarum partium sacri tabernaculi Exod. 36, 1, 40, 35, census populi, relatio donorum, et descripicio castrorum ac ordinis tribuum Num. 1, 1, 49; 7, 1, 88; 25, 19, 26, 65. Hec et fortasse quipian alii, à notariis scripta, Moses adoptando, sua fecit, et scriptis suis adjicit. Ita etiam illa, que sacerdotibus mandata erant, mox eisdem scripta trahi et ita edi debebant. Ultimam autem annis Moses pro singulari sua cura, quā futuri quoque etatisibus providebat, omnia digesti, atque aliqua addidit, aut in uniuersitate locum conjecti, ut leges de festo paschali, Exod. 12, 14, 20, et asserimatione Manz in tabernaculo, Exod. 16, 52, 34. — Deuteronomium exaravit annos quadragésimum; sapientis enim meminit victorie, quam hoc anno Israelite de Sichon et Og retulerunt, Deut. 1, 4; 2, 14, 5, 19; 4, 1, 4, 46, 49, prout et has iste sacerdotibus et principibus populi tradiceret, ut in aedyle tabernaculi penes aream feideris asservaretur, Deut. 31, 9, 15, 24, 26. Haec autem editio non ita spectanda est, ac si omnia haec scripta ubique in rectum ordinem diligenter digesta, et in unum volumen redacta fuissent; erant profecto volumina plura, que collecta nomine legis, legis Jehova, et libri legis Mosis, venie inde voculas ad connectandas diversas partes, ac for-

1<sup>o</sup> Divisio scriptorum Mosis in quinque libros, com memoriarum primium à Josepho Flavio; facta autem esse videtur, quoniam post exilium Pentateuchi lectio in

synagogis institueretur. Hinc jam in versione Alexandrina observatur. In antiquo foderre perpetuo nomina singularis numeri usurparuntur.

<sup>2</sup> Etsi textus Pentateuchi optimè conservatus est,

## CORNELII A LAPIDE VITA.<sup>(1)</sup>

CORNELII CORNELII à LAPIDE, natione Belga, patria Eburo Bucholdianus, honestis ortus parentibus, à primo rationis usq; Deum colere cepit fide, spe et charitate; adolescens sc̄ in societatem Jesu dedit annū salutis 1692, 8 juli; in eā autē juvenitus egressus, sacerdos factus, quotidie sacram Hostiam, ad usque vite extremum, quasi iuge sacrificium immolavit. Sacram linguan Lovanię, et divinas literas plus annis 20 publicè docuit, unde Roman à Moderitoribus accersitus, easdem ibi summā cum celebratō nominis complures annos interpretatus est, donec labori cedens totum se ad privatam scriptiōnem convertit; quo tempore quale instaurerit vita genū, nullus aptius quam ipsiusmet verbi explicauerit; ea ipse cum Deo loquens ita concepit: *Hosce meos labores et fructus, omnia studia, omnem doctrinam, omnem commentationem, tua gloria, & sacrosancta Trinitas, et trina Unitas, consecravi, optauique, ut omnis mea actio, omnis passio, totaque vita non esset aliud, quām continua laus tua. Tu menti mea ab oīne te revelasti, ut te unum astimare et querere, cetera omnia velut exīta, inania, et fugacia flocciducere et fastidire. Quocirca alias et oras fugio: silentium et secessum mihi iunctundū, sollicitē quesistam ego Romana inveni. Olin junior egi Martham, nunc in deinceps estate meritis Magdalena ago et adam, memor brevis avi, memor Dei, memor instantis eternitatis. Cellae (qua mīhi fidē, totā terrā carior est, adeoque cōlum terrestre videtur) et silentiū solius sum incola, cellicola et sacri Musei ascela, celicola esse contendō, sancte contemplationis, lectionis, scriptiōnis, oīnam, inōd negotiū persequor. Deo uni et trino, ejus oraculis et inspiratiōnibus excipiendo, meditando, celebrando incumbo; ad Christi pedes sedebo, ut ab ore ejus pendula verbū vitæ hauriam, que deinde in alios effundam. Hec ille senex agebat, et diutinore sanctitudis meritū cumulatus; nam ab ipso statim in societatem Jesu ingressus, beatissime aternitati perenni consideratione, ita est ad humanaū rerū contemptum, et colestium desiderium incitatut, ut ex eo nihil aliud, prater Christi perennem voluntatem, laudem et gloriam in vita et in morte, in tempore et in aternitate intenderet; eam unam celebaret et promovere omnibus votis, et studiis, omnibusque corporis et animi viribus, intenderet et satageret; nihil in hoc mundo à quoquam mortalum expectaret, nihil desideraret; hominum iudicia et plausus non moraretur; soli Deo placere cupiens, et disciplorem timens; hoc unum spectaret, unum hoc postularet, huc omnis ejus lectio et scriptio, hūc omnis labor desudaret, ut sanctum ejus nomen sanctificaretur, ejusque sancta voluntas fieret sicut in colo et in terra. Ardentissimum martyrii subeundi desiderium ab ipso primo tyrocinio divinitus haustum, adeō semper relinquit, ut omnibus votis eam sibi lauream assiduū efflagitaret. Eam penē jam manibus erat complexus, anno 1604, cū degens apud ædēm Deiparę Aspicollensem miraculis illustrem, haud Lovanię procul, et adventantes turmatum religiosis causā mortales, per confessiones, conciones, aliaque sacra officia adjuvavit, ab Hollandico equitatu improviso in eam incurrite ipso festo nativitatis Deiparę die, cunctaque ferro et flammā vastante, circumscuptus est, et tantum non capiū et trucidatus; verūm sacrosancte Eucharistiā quam ex aede sacrā, ne ab hereticis violaretur, efferebat, ac Deiparę, quam voto nuncupato implorabat, opere, periculū non sine miraculi opinione discussum est; ipse mirā providentia servatus incolus. Caterium quām nunquam illi excederit cupidio martyrii satis ea verba declarant, quibus sanctos quatuor Prophetas, ab soluto in eorum vaticinia commentario, ita compellat: *O Prophet Domini, fecisti me Prophet vestra, et docebras laures participem; facie, queso, et martyrii, ut et ego veritatem, quam a vobis habui, aliosque docui, et conscripsi, sanguine meo obsignavi. Nec enim ante perfectus, et consummatus erit doctoratus meus, nisi os sigilli pariter claudatur; à triginta prop̄ annis vobiscum, et pro vobis labens, volnusque continuum sub eo martyrium religiosa vita et martyrium agrititudinem, martyrum studiorum et scriptiōnis: impetrare, obsecro, mihi pro coronide, et quartum martyrium sanguinis. Exhausi pro vobis spiritus vitales et animales; exhaui et sanguinem. Omnia laboris mei per totos annos exaltati, quo vos Dei gratiā explicui, illustravi, et novo sermone loquentes, et prophetantes effeci ac vobiscum quasi prophetavi; vestrum mihi quasi propheta stipendium, martyrium dico, à Patre tuncum agnū, ac misericordiam obtinebit.* Mox ad beatissimam Dei Matrem conversus, cui se suaque omnia deberet, à qua fuisse indignus ad sanctam Filii ejus Societatem vocatus; in eā miro modo directus, adjutus, instructus, martyrii se per eam compotem fieri postulat; deinde Dominum Jesum, amorem suum, per Genitricis et Prophetalum promerita omniā efflagitat, ne inertem agat vitam, ne inertem in lecto mortem, sed ligno illatum, aut ferro. His consestante fubre catarrum ornamenta virtutum, que longius prosequi non est hujus operae.*

(1) Auctore P. Alegambe, Biblioth. Script. Societ. Jesu.

Nihil illo videri potuit mitius, nihil modestius, nihil temperanterius. Tam humili erat de sensu in tantā doctrinā atque omnis humane divinae sapientiae vastitate, ut affirmaret: *Verē et in conscientia mea, stolidissimus virorum ego sum, et sapientia hominum non est mecum; sum puer parvulus, nesciens introitum et exitum meum. Alibi quoque ita pronuntiat: Jam penē à 40 annis sacro Iuic studio incumbo, à 20 annis nihil aliud ago, quin et continuo sacras Litteras doceo, et tamen sentio, quām parvus in eis proficerim. Religiose severitas adēo tenax fuit, ut ne quid illa caperet suā causā detrimentū, nollet sibi quidquam eximū ad victimū proponi, tametsi valetudine semper esset imbecillissima, annis impedita, studiis Ecclesie Dei profuturis impensa, nec posset edulsi, quae ceteris apponēbantur, conficerē. Obedientia illi semper, et veritatis amor pre vitā fuit. Hanc in omni scriptiōne primā habuit, illam verō dructiē ad profrendas scriptiōnes ad publicam lucem, quas aliquoī aeterno fuerat damnaturus silentio. His illa studiis sanctimonī intentus, quām 70 superasset annos etatis, debitum tandem natura solvit, in Urbe sancta, ubi semper opārāt sanctorum ossib; sua misere, die 12 martii, anno 1637. Cadaver auctoritate majorum proprio inclusum loculo, ut oīn interos possit, humatum est. Catalogus ipsius operū, est, qui sequitur: *Commentaria in Pentateuchum Mosis, Antwerpia 1616, rursus 1623 in folio; in libros Josue, Iudicium, Ruth, Regum, Paralipomenon, Antwerpia 1612, in folio; in libros Esdra, Nehemias, Tobie, Judith, Esther, Machabœorum, Antwerpia 1614; in proverbia Salomonis, Antwerpia apud Cramois 1653; in Ecclesiasten, Antwerpia 1653, Parisiis 1659; in Sapientiam; in Canticam Canticorum; in Eccliesiasticum; in quatuor Prophetas Majores; in duodecim Prophetas Minores; in quatuor Jesu Christi Evangelia; in Acta Apostolorum; in omnes D. Pauli Apostoli Epistolās; in Epistolās Canonicas; in Apocalypsim S. Joannis Apostoli.**

Reliquit imperfecta in libros Job, et Psamtorum.

## IN PENTATEUCHUM PROCEMIUM.

### SECTIO PRIMA.

*De Scriptura origine, dignitate, objecto, necessitate, fructu, amplitudine, difficultate, exemplis, methodo et dispositionibus.*

Celebris illi Ägyptiorum theologus, Mosi penē æquevus Mercurius, Gentilium opinione Trismegistus, dīi, quā ratione ap̄tissimū universū hoc describeret, secum ipse versans, hic demum erupit: *Universum, inquit, est liber divinitatis, seculumque hoc sublustra est speculum divinorum, nimis hocce libro suam ipse Theologiam, dīntū sane commentary didicere. Celle enim enarrant glorian Dei, et opera manūna ejus annūniant firmamentū; et à magnitudine speciē et creatura, videri potest creator eorum, sempiterna quoque, et invisiibilis ejus virtus, atque divinitas, ut in magnis hisce celorum tabulis, in paginis elementorum, ac voluminibus temporum perspicaciōe oīcīe divīne institutionis doctrinā, propalā quasi legere liceat. Ita sane et ipsi mundi primordiis et ex nihilo illius molimine, omnipotentem auctoriū ejus vim et energiam; ex multiplici adēo creaturam rerum discordi et variegatae cordī, beneficam ejusdem abyssum, ex exemplo illo ceterorum omnium spirituum, corporum motuum, temporumque complexū; aternitatem, immensitatemque conditoris metimur, et quadamētē pervidemus. Ita ex pondere eorumdem, numero et mensurā, sapientissimam magni hujus architectūrā, numerosamque et mirē concinnam in eo cujuslibet natura harmoniam ideamque mirari et suspicere licet, quae et primis quamlibet universi hujus partem, fixis et immotis*

planū modis, et secum, et comparī cuivis alteri parti amicissimē devinxerit, et amicum hocce vinculum, ut stabili fide concordes varient vices, jugo suo influxu individū servet et tueatur. Hoc ipsa de se publicā voce depredicantis aeterna Sapientia: *Quādā preparabat, inquit Prov. 2, 22, celos, aderam; quando certa legē et gyro vallebat abyssos, quando aethera firmabat sursum et libravat fontes aquarum; quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis, ne transirent fines suos; quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta compones, quasi certa sui notis in hīc compositione se inscriptissē significans.*

2. Verumnenimverō, quamvis pulcher hic microcosmus archetypum, unde ab auctore suo expressus est, putna numen sacrum, increatamque sphēram altissimā divinitatis referat, oīcīsque subjiciat; multis tamen partibus, imperfectus est hic liber, et scīstacia dūtaxat elemēta suppeditat, vestigia inquam potius, quibus quasi ex ungue leonē agnoscens, quām clarā ab solutamque scriptoris sui descriptionem. Accedit quād, natura solius exaratus characterē, nihil eorum dicat, quae natura terminos transcendunt, quibus ad colum sancte Trinitatis, bonumque nostrum perenne, quod vitā et morte, votis omnibus sequimur, provehamur.

3. Visum ergo divinae et interminē bonitati scribē scīstic sapientissimō, velociter et mirā dignatione scribenti, alium adhibere calamus, alias nobis subjicere tabulas, alios longē depingere sui characterē, qui non mutam aliquam speciem, sed distinctas oculis voces, auribus sonos, mentibus sensa, vivasque divisorum